



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Thesavrvs|| Locorvm|| Commvnivm|| Jvrisprvdentiaē

Barbosa, Agostinho

Lipsiaē, 1697

Cap. LXI. Mora.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80071](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80071)

II.

Monitorium non executum juxta formam in eo præscriptam non officit Dd. in l. 4. §. Prætor ait ff. de damn. infect. Rot. Roman. de dol. & contum. decis. 8. in novis. Achill. de Grassis decis. 144. alias 14. de dolo & contum. Caputaq. decis. 11. n. 1. Ratio, quia ubi prima citatio est invalida, nec contumacia inducitur, nec sententia contumacialis facit contumacem haberi pro confesso, nec ullo pacto exequi potest. Bald. in l. 1. ff. si quis jus dicent. non obtemp. Afflict. decis. 2. n. 6. Grammat. decis. 79. n. 10. Foller. in præct. crimin. verb. etsi confitebuntur. ill. 3. n. 19. Nell. de bannit. in 3. part. prim. tempor. quæst. 2. Natt. conf. 540. n. 26. Boff. in tit. de bannit. nullit. in pr. & n. 1. & tit. de citat. n. 13. Clar. in præct. §. fin. q. 31. pr. Decian. conf. 18. n. 30. & seqq. lib. 1.

III.

Monitio privationem juris quæsitæ semper præcedere debet, Arelin. conf. 147. Bald. Aurb. hoc amplius. C. de fideicommiss. Cravett. conf. 6. plura n. 103. ita in feudis quoad privationem feudi Domini trina monitio præcedat necesse est, cap. 7. ubi gloss. & Dd. de milit. Vassall. cap. 1. §. fin. de pac. jur. firm. Clem. 1. de vir. & honest. Cler. Jason. in Aurb. qui rem. n. 5. vers. Limita ramen. Cod. de SS. Eccles. & in prælud. feud. Curt. jun. conf. 138. col. penult. per tot. Quod si quis hoc per distinctionem cum Gram. decis. 104. num. 27. declararet, quod quando Lex loquatur affirmativè, scil. quando imponat poenam pro facto affirmativè, ut puta quod furans puniatur, vel male tractans subditos feudo privetur, monitio ad incurrendam poenam non requiratur; secus si lex loquatur negativè, puta si quis non fecerit, tali puniatur in actu. Talis tamen distinctio in feudis locum habere non potest. Licet enim delictum sit in committendo, nihilominus tamen monitio requiritur. Matth. de Afflict. post Bl. allegat. in C. A. 1. conf. 26. n. 41. ita ad trinam monitionem usque retinet Clericus privilegium, c. contingat 45. extr. de sent. excomm. ita monitiones tres, quæ habent intervalla dierum sive una pro tribus, præcedere debent excommunicationem, cap. constitutionem 9. in fin. de sent. excomm. in 6. idem dicendum esse de vindicta, ut eam præcedat monitio, ajunt text. in cap. extr. de for. compet. cap. indigne. pr. caus. 12. quæst. 2. c. Clerici 3. extr. de Cler. Excomm. & quidem Trina, cap. si autem. extr. de cohabit. Cleric. cap. sed nec 4. extr. Ne Cler. vel Monach. cap. 1. extr. de Treug. & pac. sicut & ea accusationem, cap. accusario in med. 2. n. 7. poenam. c. 26. cap. cum speciali 68. extr. de appellat. & denunciationem cap. qualiter 24. in fin. extr. de simon. præcedere solet; nisi enim præcesserit denunciationem denunciatus repellitur, cap. licet 31. extr. de simon. cap. in præsentia 46. extr. de sentent. excommunic.

CAP. LII. De Monopoliis.

Axioma I.

Quæcunque monopolia sunt privata, illa sunt prohibita L. un. Cod. de Monopol. Recess. Imper. de Anno 1548. & 1577. tit. 18. Publicaverò monopolia in salutem Reipubl. valent. Sic monopolium salis principibus & magistratibus concessum. Fach. 1. conf. 6. num. 7. & conf. 117. num. 20.

II.

Monopolium exercent (1.) qui speciem aliquam emunt ut foli vendant. (2.) qui prohibent, ne quis exerceat artem suam. (3.) Qui dolo efficiunt, ne necessaria ad forum deportentur. (4.) Aromatarii, artifices, pistores, caupones per pacta illicita. (5.) Laniones qui carnem inflant vel retinent. (6.) Annonæ fraudatores & flagellatores, Decian. Tr. Crim. L. 7. cap. 20.

CAP. LIX. De Monstris.

Axioma I.

Quicumque partus contra formam humani generis est editus, ille liberis non est annumerandus, quia non sufficit partum à parentibus esse editum, nisi quoque formam humanam sit præditus. Ita ergo qui capite vitulino vel suillo nascitur, jura liberorum non habebit, inde nec parentibus succedet, nec testamentum rumpet, L. 3. in fin. C. de posth. hered. instit.

Limita, ut procedat si agatur de præmio ob monstrum editum capiendum, non si agatur de evitanda poenâ orbitati in Republ. statuta L. 13. ff. de V. S. Conf. Hahn. ad Wesenb. Tit. de statu bom. num. 3.

CAP. LX. Montes.

Montes sunt fines s. termini æterni, in quibus semel verum, semper præsumitur esse verum, Bald. conf. 420. n. 1. & 468. in pr. & c. cum causam. n. 3. de probat. Alciat. in tract. de præsumpt. 2. reg. 2. præf. 13. in pr. Bertazol. 1. consulti. decis. conf. 41. num. 31. Wesenbec. 1. consil. 34. num. 57.

CAP. LXI. Mora.

Axioma I.

Mora est delictum omissionis. Hering. in tract. de fidejuss. c. 24. n. 120. & tantum nocet debitori, non etiam creditori, qui in mora non est. Exempl. vid. in L. commissoria & legato penoris apud Wesenb. in parat. ff. de l. commissor. & de pen. legato. num. 2.

II.

Mora cuique sua, non alteri nocere debet, L. mora 32 ff. de Usur. l. in condemnatione 173. §. undecunque 2. ubi Dec. & Dd. ff. de R. l. cap. mora 5. de R. l. in 6. Carpzov. part. 2. constit. 19. definit. 2. num. 6. & part. 3. constitur. 34. definit. 9. n. 6. nocet tamen heredi, etiam eo casu, si nominatus

minatus ad munus publicum in mora susce-
ptionis sit & moriatur, adeo ut heres id susci-
pere vel interesse Reipubl. sarcire teneatur.
Brunnem. ad l. un. C. si post creationem.

III.

In mora quotiescunque est periculum, à Re-
gulis juris communis receditur, Carpzov. p. 1.
constit. 29. d. fin. 15. num. 1. vid. infr. lit. P. cap
periculum. siquidem ubi periculum in mora, ne-
que loci neque temporis ratio habenda est.
Dan. Moller. lib. 3. semestr. c. 44. n. 4. & seq. ne-
que est curanda solennitas & ordo judiciorum.
Perez. C. de exact. tribut. n. 7.

IV.

Fieri haut potest, ut eodem instanti nascatur
petitio & mora contrahatur. l. promissor. 21. §. 1.
ff. de pecun. constit. Carpzov. p. 2. constit. 30. de
fin. 21. n. 1. Unde etiam desideribus modicum ali-
quod laxamentum est indultum, intra quod
moram purgare possint. d. l. promissor. l. si debi-
tori 41. de judic. Carpzov. p. 2. constit. 3. de fin.
5. num. 3.

V.

Mora non committitur, ubi debitum non est
liquidum. Bald. in l. acceptum. C. de Usur. Gyl-
man. tom. 2. p. 2. vot. 22. n. 38.

VI.

Mora petendi debitum non remittit. Bald.
in l. adversus. C. de negot. gest. quamvis enim diu
tacuerit, non propter hoc videtur debitum re-
misisse. Pacian. 1. conf. 153. n. 65. inque dubio
semper capienda omnis interpretatio & conje-
ctura quæ donationem excludat, Dec. in l. cu-
jus per errorem, n. 2. ff. de Reg. Jur. Mora acci-
pienda autem debitorem liberat, si pecunia de-
inde amissa sit, Perez. C. de susceptor. n. 14. Sic mi-
les annonam respuens eam postea petere ne-
quit. l. 7. C. de erogat. milit. annon. Perez. ibid.
n. 5. 6.

VII.

A mora justa causa excusat. Arum. de mo-
ra c. 6. per tot. Mascard. de probat. vol. 3. con-
clus. 1387. Honded. conf. 4. n. 69. & conf. 38. n. 21.
vol. 3. etiam si saltem esset probabilis & non
omnino frivola, Honded. d. loc. nimirum
quando quis ex probabili causa credit ac existi-
mat id, quod promissit fieri non debere vel non
posse, l. quod te 5. ubi Ripa num. 55. l. lecta 40.
vers. dicebam. ff. de reb. cred. Jas. conf. 34. n. 5.
Menoch. confil. 381. num. 46. Decian. Respons. 11.
num. 8. vol. 2. ubi ait hoc procedere, etiam si cau-
sa injusta & ad incommodum allegata fuisset,
add. Bart. in l. inter omnes 46. §. recta 7. per il-
lum text. ff. de furt. Alex. conf. 114. col. 1. vol. 1.
cum hoc tamen temperamento, si non iudex
contemnatur, quia licet causa injusta excuset,
à contentu tamen non excusabit, cum justa
causa requiratur, c. cupientes 16. §. quod si per.
de elect. in 6. Alex. in l. 1. §. fin. col. penult. ff. si
quis dicent. non obtemperar. & l. Romæ. §. duo
fratres, col. 5. vers. sed hac distinctio. ff. de V. O.
Unde & difficultatem rei præstandæ à mora ex-
cusare, post gloss. in l. quod te. ff. si cert. pet. &
ibi Jas. num. 30. asserit Gail. 1. observ. 142. n. 2.
add. Lud. Gomez ad §. ex maleficiis Inst. de act.
n. 25. ubi limitat, nisi mora daret causam diffi-

cultati, quo casu non excusare, text. est in l. ser-
vum. 91. §. 1. de V. O.

IX.

Mora præsupponit dolum vel latam culpam
Bart. in l. quod te in gloss. fin. ff. si cert. pet. Farin.
1. conf. crim. 15. num. 36. Est enim delictum, quia
dolus item culpa est l. dolus 44. ff. de mandat. l.
21. l. mora 32. ff. de Usur. Cravett. confil. 609. n.
9. & ex mora delictum æstimatur, l. si plures tu-
telam 38. & ibi gloss. ff. de admin. tutor. l. in re
furtiva 18. ff. de condict. furtiv. l. inter stipulan-
tem 83. §. penult. de V. O. Goedd. 1. conf. Mar-
purg. 24. n. 140. Culpa enim & mora pari passu
ambulant, & una ex altera oritur, Tiber. De-
cian. resp. 60. num. 36. vel. 2. Unde & moram
committens cum fure, æquiparatur, in l. inter
stipulantem, §. penult. d. V. O. quam allegat Re-
guer Sixt 2. Conf. Marp. 24. num. 240. Ubi ergo
nulla mora, ibi nec ulla culpa est l. lecta 40.
vers. dicebam. ff. de reb. cred. l. cum filius 49. ff.
de V. O. l. sciendum 21. ff. de Usur. l. quod te. 5. ff.
de reb. cred. Tib. Dec. resp. 60. num. 36. vol. 2.
Goedd. 3. conf. Marp. 33. n. 206. Unde etiam circa
diversa dolus vel culpa aut mora regulariter
non compensantur, sed singula suis causis refer-
vantur; nec inter hanc, quæ circa diversa est,
cadit prius vel posterius, Pacian. 1. de probat.
cap. 59. n. 40. Sebast. Med. in tract. de compens.
p. 1. quest. 35. n. 3. Tyndar. de compens. art. 5.
n. 32. 34. & 35.

IX.

Qui in mora est, illius periculo res semper
perire dicitur, l. 5. ff. si cert. pet. l. 12. §. fin. ff. de
pos. l. 47. §. fin. de legat. 1. Welsenbecius de con-
dict. furtiv. num. 8. Carpzov. 2. constit. 28. de fin.
12. n. ult. ibi: quæ fortuitis casibus accidunt,
semper spectant ad morosum, l. si ex legati. 23.
& seqq. l. 91. §. sequitur. de verb. oblig. cum effe-
ctus moræ sitis, ut res sit periculo ejus, qui mo-
ram admisit. C. A. lib. 12. tit. 1. thes. 52. Just.
Mejor. de culpa. thes. 119. etiam si res fuerit peri-
tura penes actorem, d. l. 5. & ibi gloss. Barth.
Costal. ad l. 14. de pos. ubi limitat, nisi is justam
litigandi causam habeat, Officiales autem,
qui annonam justo tempore militibus non di-
stribuunt, iis de omni damno tenentur, eorum-
que bona publicantur. l. 16. §. 6. Cod. de erogat.
milit. annon. Brunnem. C. eod. Col. 2. Ulterius si
res solvenda & rirè oblata interea carior facta
fuerit, debitor liberatur solvendo æstimatio-
nem quæ fuit tempore oblationis; & res cre-
ditori moroso fit deterior, Perez. C. de susceptor.
n. 16. Mora denique puniatur interdum poenâ
dupli, e. g. Judicum exactores tributorum
diutius detinentium, Perez. C. de Exact. Tribut.
n. 6. ut & susceptorum aurum suscipere diffe-
rentium, l. 1. C. de susceptor. Perez. C. eod. num.
13. seqq.

X.

Mors ibi non est, ubi nec id quod interest
debetur. Bart. in l. si ex legati caus. 23. l. ira sti-
pulatus 15. num. 37. & 54. vers. quicquid dicitur
de V. O. & in l. si duo. §. ait Prætor. vers. hac au-
tem verba. ff. de constit. pecun. per ill. text. Bart.
Bertazol. 2. crimin. conf. 254. num. 15. & 16. conf.

483. num. 14. Dec. resp. 60. num. 43. vol. 2. Anton. Nat. consil. 417. num. 1. Covar. 3. var. resol. c. 4. num. 2. vers. deinde. Vincent. Honded. conf. 36. num. 29. vol. 2. Steph. Fortacul. de mora. p. 2. n. 1. siquidem sine mora nullum debetur interesse. Bertazol. l. 2. conf. 262. in addit. lit. A. vers. falluntur. Brunnem. ad l. un. C. si post creationem. Plus itaque est mora quam negligentia, cum ob negligentiam usura non praestentur l. 17. §. 7. de usur. Perez. & Brunnem. tot. tit. de his qui ex offic. ob moram autem praestatur interesse, adeo ut licet de publicis contributionibus ob moram usura non solvantur, possessor fundorum principis, qui quotannis solitum canonem solvere differt, ex propriis bonis fiscum indemnem servare teneatur. Perez. C. de fund. rei privat. num. 4.

XI.

In mora constituit aliquem solus conditionis eventus, Bart. in l. ira stipulatus de V. O. num. 50. & in l. quod te in 2. lect. colam. 2. ff. si cert. per. Dec. conf. 2. Farin. 1. conf. crim. 15. num. 47. Ante enim conditionis eventum mora currere non potest. l. pen. §. procedit. ff. de excus. tut. l. quoties in diem 58. ff. de V. O. Bart. in l. si cui legetur. in fin. pr. ff. de legat. 1. cum aliis citatis per Tiraquell. in tract. conventio. §. 2. gloss. unic. num. 25. & de retract. lignag. §. 1. gloss. 10. n. 47. quia quando obligatio alicujus dependet à facto alterius, vel à futuro eventu, ante illud factum vel eventum ipse non tenetur, nec interim illi tempus currere potest. l. 3. §. si quis heredi. ff. de statuliber. cum aliis citatis per Socin. cons. 76. col. 3. vers. confirmatur alia bona ratione, vol. 1. Bertaz. 1. consult. dec. 28. num. 11. quare nec purgationem mora circa conditionis implementum admittit, text. in l. Thais 41. §. intra 12 ff. de fideicom. libert. Ratio, quia forma, quam inducit conditio, Dec. conf. 11. quoniam iudicantium. col. 6. vers. solum contra testamentum. Matth. de Afflict. decis. Neapol. 355. si praestitus n. 4. servata non est, & forma, quae ut plurimum in fine consistit, deficiente, ipsa res deficit. l. Julianus 9. §. sed si quis rem. ff. ad exhibend. l. rei 5. §. fin. l. 13. l. 14. ff. de V. S. Gædd. ad l. 1. ff. eod. n. 4.

XII.

Mora in poena est periculosa, cap. sacro 48. extr. de sent. excomm. Mora enim temporis delictum aggravat. c. sicut 6. extr. de homicid.

XIII.

Mora purgari non potest, ubi poena ipso jure imponitur. l. qui ob rem 35. ff. de condit. indeb. l. si is cui 19. ff. de leg. 2. Tiraq. ad l. si unquam. verb. revertatur, n. 30. C. de revocand. donat. Fachin. 1. contr. 98. Gothofred. in not. ad d. l. 35. lit. d.

XIV.

Mora purgatio semper recipitur re integra, Zas. in l. si quis arbitrari. 43. num. 14. ff. de V. O. h. e. quando alterius partis jus non sit deterius. Carpi. p. 2. constitut. 31. def. 11. n. fin. l. 91. §. sequitur 3. de V. O. l. 1. §. licet. ff. de peric. & commod. rei vend. ibi: si cum posset effundere. postquam enim interesse coeperit, ea purgari non

poterit. l. etsi post tres 8. ff. si quis caut. l. iniquit. 22. ff. de recept. arbitr. l. si ita quis 135. §. Si ja 2. de V. O. idem Carpi. p. 1. constit. 10. def. 21. n. 5. siquidem post diem ea amplius non admittitur. l. Thais 41. §. intra 12. de fideic. liber l. Celsus 25. de recept. arbitr. quod tamen restrictionem patitur & verum intelligitur in conventionalibus, non vero praeiuris: cum enim Praetor omnia dirigat ad aequitatem, iniquum autem sit ob moram modici temporis, in quo damnum magnum esse non potest, l. 21. ff. de iudic. reum poenae subijci, ideo ex mente Praetoris stipulatio haec interpretationem recipit. l. 52. ff. de V. O. Anton. Fab. ad l. 8. si quis caut. quem sequitur Bachov. in Comment. ff. 16. p. 522.

XV.

Mora, quae non dolo, sed ex necessitate contingit, nemini debet esse fraudi vel noxae, l. si quis tutor 60. §. 4. in fin. ff. de rit. nupt. Cujac. in Commentar. C. de sponsal. in fin. ita moram facere non videtur, qui sine dolo malo ad iudicium provocat. l. 24. ubi Cujac. in Paulo de Usur.

XVI.

Mora cum mora compensari nequit, Pacian. lib. 1. de probat. cap. 19. num. 13. ubi posterior priorem absorbet. l. si quis ad se fundum 7. C. ad l. Jul. de vi publ. Roman. in l. cum mulier. num. 88. vers. fallit secundo. col. 2. ff. solut. matrim. & ibi Bart. Imol. num. 52. col. penult. vers. item spondet Joh. Gædd. int. Conf. Marp. conf. 24. vol. 1. num. 245. ubi declarat hanc regulam primo procedere, quatenus agens se in posteriore fundat; tum enim frustra obijciatur compensatio morae primae, quia haec per posteriorem jam ipso jure erat compensata & consumpta, ut amplius non esset, secus autem esse, ubi agens se fundat in mora prior: haec enim recte repellitur vel per exceptionem compensationis, vel in factum; nec datur contra eum replicatio morae prioris, l. illud 17. ff. de peric. & commod. rei vendit. Aretin. in §. 1. num. 23. Inff. de Exception. Secundo locum habere solumque posteriorem moram attendendam esse, si circa idem & non ex novo quodam negotio à priorē separato accidisse dignoscatur. Circa diversa enim mora commissa non compensatur, sed singula suis causis reservantur: nec inter hanc, quae circa diversa, cadit prius & posterius, Pacian. d. c. 59. num. 40. Sebast. Med. in tractat. mors omnia solvit. quest. 35. n. 3. Tyndar. de compens. art. 5. num. 32. 34. & seq.

XVII.

Mora non purgatur, ubi est apposta dies vel poena. l. trajectitia 23. vers. de illo. ff. de O. & A. junct. l. magnam 12. C. de contr. stipul. l. 2. C. de jur. Emph. quod non procedere in contractibus bonae fidei tradit Bald. in l. cum allegas. col. penult. in 6. oppos. C. de usur. quod magni facit Jafon. in l. si insulam in 8. col. vers. unum non omitto. movetur principaliter per text. in l. Lucius 47. ff. de action. empr. Facultas enim purgandi moram est fundata super aequitate d. l. si servum. §. sequitur. de V. O. quae aequitas magis attendi solet in contractibus bonae fidei, quam stricti ju-

ris,

ris. l. bona fides 31. ff. de pos. l. quia tantundem
7. ff. de negot. gest. Ergo facilius admittitur illa
equitas purgandi moram in istis contractibus
quam in aliis: praterea quia in contractibus
bonae fidei citius committitur mora quam stri-
cti juris. l. videamus. 38. §. actionem 7. l. mora
32. §. in bonae fidei 2. ff. de Usur. Ergo facilius
purgari potest, cum qui in uno gravatur, in
alio debet relevari. l. cum qui 10. ff. de iurejur.
quo facit. Et potuit 3. de locat. junct. l. 2. C. de
jur. emph. ubi quod Emphyteuta Ecclesiae citi-
us in mora constituitur, puta infra biennium,
facilius & ibi purgatio morae admittitur. vid. &
gloss. in clem. 1. in verb. per se ipsum de rei &
ven. sanc.

XIX.

Quoties ob moram praestanda aestimatio, to-
ties tanta praestanda, quanti à tempore morae
usque ad tempus praestationis res unquam plu-
rimi fuit. l. 3. in fin. ff. de condit. furt. Ratio con-
sistit in odio morosi, cui potius mora nocere de-
bet quam creditori. l. 37. in fin. ff. mandati. Ita
ergo si eo tempore, cum Titium ad vinum mu-
tuum reddendum interpellarem, pretium ejus
fuerit XX. aureorum, postea creverit ad XXV.
debeantur mihi XXV. Conf. Sander in decis. aur.
l. 3. tit. 4. def. 8.

Declara (1.) ut procedat tam in bonae fidei
quam in stricti juris judiciis, Faber in C. Sabaud.
(2.) ut mora tractum aliquem temporis requi-
rat, l. 105. ff. de solut. Hinc non statim post in-
terpellationem quis morosus dicendus, sed
tunc demum, si intra modicum tempus à judi-
ce definiendum non satisfecerit obligationi.

XIX.

Mora puniunt interdum amissione rei. Hinc
(1.) emphyteusis ob canonem intra triennium
non solum cadit in commissum. l. 2. C. de Jur.
Emphyteut. quod limitandum in Emphyteusi
à Principe concessa. l. 4. l. 12. C. de fund. patri-
mon. licet aliud in tributo l. 2. C. eod. Brunnem.
ad l. 2. C. de fund. patrimon. Si tamen possessor
fundorum Principis minus idoneus ad solven-
dum Canonem factus sit, in alium magis ido-
neum fundus est transferendus. Perez. C. de
fund. rei privat. n. 4. Hinc (2.) miles, qui an-
nonam oblatam in speciebus accipere detrectat,
postea nec species nec pecuniam pro eis exigere
potest. l. 7. C. de erog. milit. annon. Perez. Cod.
ibid. n. 5. seq.

XX.

Mora ultima attenditur, & nocet, l. il-
lud 17. ff. de pericul. & commoda rei vend.
l. si mora 9. & l. semel mora 26. ff. solut. ma-
trim. l. si per emptorem 53. ff. de action.
empti. l. si servum 91. §. sequitur. 3. ff. de
verb. oblig. 4. c. si iudex laicus 12. ubi gl.
verb. clericali, de sentent. excom. lib. 6. [l.
Prator ait. §. pen. ff. de nov. oper. nunc. l. qui
decem 71. pr. ff. de solut. Costal. & Bart. in
d. l. illud. & in l. si per emptorem. §. ultimo.
ff. de act. empt. Cravett. conf. 854. num. 11.
vers. apparet ex his. Goëdd. i. Conf. Marp. 24.
n. 24.] Sebast. Medic. in tract. de novat. p.
2. verb. mora. Alex. conf. 72. videtur. num. 8.

lib. 3. Socin. reg. 23. ubi limitat quinque
modis. Chassan. in Catalogo gloria mundi.
p. 12. confid. 100. n. 16. Pichard. in disput. de
mora. num. 212. Franc. Molin. de ritu nu-
ptiar. lib. 3. q. 29. n. 86. Card. Tusch. pract.
conclus. tom. 5. lit. M. concl. 372. per totam.
Sigismund. Scacc. de commerc. gloss. 6. n.
13. Stephan. Grat. discept. forens. tom. 5. c.
1000. n. 24. [Alex. in l. servum. §. sequitur. ff.
de V. O. ubi etiam limitat non procedere
favore Reipubl. Exempl. vid. apud Lud.
Gomez. ad §. ex maleficiis Inst. de action.
48. ubi pro limitatione hujus regulae al-
legat, l. fortissimi 6. cum seq. C. de erog. milit.
annon. quam etiam citat Andr. Sicul. in
procem. Clem. in 2. lect. §. salutem. col. 7. n.
33. itemque tenet Bart. Bolognet. in repet.
Auth. habita. col. 6. vers. unum tamen. C. ne
fil. pro patr.

XXI.

MORA non contrahitur sine inter-
pellatione, l. mora 32. ff. de usuris. l. vinum
22. & l. lecta 40. vers. pactum autem. ff. si
certum pet. l. nemorem suam 82. §. fin. & l.
si insulam 84. ff. de verb. oblig. Anton. Pi-
chard. in sua disput. de mora. num. 43. Carol.
de Grassis de except. except. 32. num. 101.
cum seqq. ne quidem in judicialibus per
tradita Castrensi. vol. 2. conf. 100. & De-
cian. vol. 2. respons. 11. n. 9. & 15.

Limita: Functiones publicae statim ad ara-
rium principis sunt conferendae, nec diu hare-
re debent inter manus exactorum. l. 7. C. de
susceptor. Brunnem. in l. 1. C. de Canon. largition.
tit. & tit. C. de susceptor. n. 12. 13.

XXII.

MORA non est, ubi nulla petitio est.
l. nulla 88. ff. de Reg. Juris. [l. pupillus 127.
vers. nulla enim. ff. de V. O. Bartol. in l. si
pactus 14. per illum text. ff. de pact. Tiber.
Decian. resp. 66. num. 36. vol. 2. Bertaz. 1.
conf. decis. conf. 106. n. 28. Goëdd. 3. Conf.
Marpurg. 33. num. 207. Surd. conf. 19. n. 96.
vel ejusmodi actio, quae exceptione potest
elidi, l. 112. de R. l. l. 14. C. de contrab. empt.
Gail. l. 3. observ. 27. num. 1. Tiber. Dec. resp.
66. num. 36. vol. 2. cum is non in mora vi-
deatur, qui legitima exceptione tueri po-
test. Lud. Gomez. ad §. ex maleficiis Inst. de
act. num. 31. Ratio, quia, qui potest legi-
tima exceptione repelli, dicitur obligatus
ad non petendum, ut ait Bald. in l. Maria.
§. fundus. ubi gloss. & Imola ff. solut. ma-
trim.

CAP. LXII.
De Moratorio.

Axioma I.

Pro pecunia tributi quod sua die non est
redditum, quominus praedium jure pignoris
distra-